PHARMACOPOEAE, IACOBI SYLVII MEDICI Libri tres, his, qui artem Medicam, & Pharmacopoeā tractant exercêntque, maximè neceſſarij.

INDICE copioſiſſimo, quo quidem hucuſq; caruit, adiecto.

REM MAXIMAM SIBI PROMITTIT PRVDENTIA.

LVGDVNI,

APVD GVLIEL. ROVILLIVM.

M. D. XLVIII.

AD LECTOREM.

VT RECTE *eſt ueterum ſermone celebrata ſententia. Quam quiſque nouit artem, hanc exerceat unã atque excolat, & totus in ea uerſetur, ſic rectè nũc pronuntiari poſſe mihi perſuadeo, quã quiſque exercere artem conſtituit, hanc accuratè prius pernoſcat. Id quod ſi hodie diligentius obſeruarent homines, non tam multi repentè fierent medici, nullâdum medicinæ parte illis probè perueſtigata, nullius adhuc morbi curatione apud præceptores obſeruata. Cum tamen eſſet è re ipſorum: ſed magis etiam ægrorum, ſi nullum omnino affectum ſuſciperent curandum, quem non antè obſeruaſſent à præceptoribus curatum. Quàm rectè cũ ægris ageretur, ſi hac ætate qui medicinam factitant, ſi eſſent ante ſub præceptoribus inſtituti affectus cognoſcere, illis occurrere, futura prænuntiare. Non medius fidius per hominum mortes, experimenta ſic agerent imperiti adhuc, & rerũ omniũ ſuarum rudes medici: tam quæſtus auidi, ut quid eos deceat ignorent, quid famam perſtringat neſciant, ut interim animæ detrimentum taceam.*

DE MEDICAMENTORVM SIMPLICIVM DELECTV RITE FACIENDO, LIBER PRIMVS.

QVOS tres libros his menſibus proximis ſum pollicitus ad modũ rectè medicamenta componendi pertinentes, præſtare aggredior. Primum ſcilicet, de accurato medicamentorum ſimplicium delectu: Alterum de legitima ipſorum præparatione: Poſtremum, de modo miſcendi medicamẽta componi idonea. Quod verò ad primum laborem mihi propoſitum attinet, quanquam rectè à Meſuæ tradita eſt methodus medicamenta purgãtia deligẽdi, & quam facilè ad alia quoque medicamẽta deligenda transferre poſsit lector non indoctus: tamẽ paucis viſum mihi eſt eã methodũ illuſtrare, & planiorem reddere locis aliquot communibus, à Meſue poſt Dioſcotidẽ, & Galenum obſeruatis, noſtro autem cõmentario

lat

Soy de

Lugduni,

EXCVDEBANT

PHILIBERTVS ROLLETVS,
ET BARTHOLOMAEVS
FRAENVS,

IMPENSIS HONESTIS-
SIMORVM VIRORVM
GVLIELMI ROVIL-
LII, ET ANTONII
CONSTAN-
TINI.

Alonso de
gonzalez